



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 43. An Matrimonium inter baptizatum & non baptizatum sit  
Sacramentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

se determinare *Mastr. n. 24.* in utramque partem etiam discurrens de mente *Scoti*: omnibus tamen consideratis videtur negativa esse probabilior, hinc *R. ad 1. & 2.* fundamenta sufficientia esse jam data. *Ad 3.* dico, ex dictis l. 6. p. 1. n. 73. si non prævaleat intentio generalis faciendi hoc, quod Christus instituit, sed absolute nolit contractum, nisi separatim à ratione Sacramenti, Matrimonium fore nullum. *Ad 4.* dico idem, si enim non habeant intentionem sufficientem ad valorem Sacramenti, certum est ex dictis *ibid. n. 45.* non confici Sacramentum, ergo nec subsistet valor contractus indissolubilis matrimonialis, tam parùm, quàm substeret, si isti duo baptizati contraherent, & ignorarent se esse consanguineos, hinc enim non juvat ignorantia, uti dicitur n. 526.

*Q. 43. An Matrimonium inter baptizatum & non baptizatum sit Sacramentum. R.* Ut quæstio locum habeat, supponi debet, quòd Ecclesia dispensarit in isto impedimento disparis cultus, ita ut potuerint inire contractum saltem civiliter validum, qualis est inter infideles: hoc supposito *Sa. Cathar. Eckius, Rebell. Avers. q. 1. f. 6.* Ex *Scotus Hiquæ. Pont. Brancatus* defendunt fore Sacramentum ex parte fidelis, putant enim, quòd inter conjuges sint duo partialia Sacramenta, quorum unum possit subsistere sine altero, sicuti sæpe in uno causatur gratia, & non in altero. Sed oppositum est tenendum cum *Vasq. Henriq. Sanch. Cin. Bec. Pont. Mastr. n. 20. Krim. n. 350.* quia sicuti est unicus duorum contractus, & unicum vinculum; ita debet esse unicum Sacramentum, ergo cum non baptizatus non sit capax hujus Sacramenti, secundum dicta l. 6. p. 1. n. 165. ob

E  
20A. m  
Clau  
a C  
Loun VII

C

hunc defectum deficiet totum Sacramentum  
*Obji.* Apostolus 1. ad Corinth. 7. v. 14. dicitur  
*Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidem, ergo*  
 docet saltem respectu fidelis esse Sacramentum  
 R. n. conseq. nam non loquitur de sanctificatio-  
 ne sacramentali, sed morali tantum, in quan-  
 tum mulier fidelis exemplo, & pia conversatio-  
 ne sua virum infidelem adducit ad fidem & gra-  
 tiam. Matrimonium utriusque infidelis non est  
 se Sacramentum, dixi l. 6. p. 1. n. 165. Au-  
 tem, quando infideles convertuntur, & rene-  
 vant consensum, tum saltem fiat Sacramentum,  
 dicitur n. 407.

278. Q. 44. *Quid notandum sit circa consummationem*  
*Matrimonii. R. seqq.*

§. 1. Certum videtur ex Cap. *Veniens*, De  
 sponsal. contra paucos apud *Sanch. l. 2. d. 21. n.*  
 12. Matrimonium non consummari per copu-  
 lam post sponsalia ante Matrimonium habitam,  
 quamvis etiam suscitatae sint proles, quia talis  
 copula non est matrimonialis, sed fornicaria.

279. §. 2. In locis, in quibus subsistunt Matrimo-  
 nia clandestina, si post sponsalia sequatur copu-  
 la, praesumitur fieri Matrimonium de presenti  
 & consummatur per illam copulam concorre-  
 tanter, secundum dicta n. 232. ubi autem non  
 valent Matrimonia clandestina, quamvis copu-  
 la post sponsalia sequatur, secundum jam dicta  
 non ideo censetur consummatum, licet postea  
 contrahatur, *Gob. tr. 10. n. 402. & 404.* Mos au-  
 tem in Germania, ut procurator cataphractus  
 decumbat cum sponsa, non est consummatio  
 Matrimonii, sed tantum servit ad acquirendam  
 aliqua jura, *Gob. n. 405.*

280. §. 3. Si semen à viro alioquin potente ven-  
 pent-